Nos D. Frater Marthinus de Vera Sacræ Theologiæ
Magister Abbas Regij Monasterij Beatæ Mariæ de Berue
la Cisterciensis Ordinis Diocesis Turiasonensis, propositionum
fidei Censor, Reginæ Aragonum Capellanus Mayor, Sacella
norumque eiusdem ab Eugenio Quarto Præses, ac Iudex Ecta.
Cum Ex Summorum Pontificum decretis; Et Usu nostræ Reli
gionis longevo, professioni Novitiorum debeant informationes
de Conditione Personæ, Honestate, Morum, Et Natalium puritate
præcedere, Et Marthinus de Frias filius Ut dicitur Petri de
Frias, Et Iuanæ Frances incolarum Civitatis Burgiæ, Sacri
Ordinis Habitu, Et professione Enixe appetant adornari, id-
circo, Cum alias hoc inquirendi munus per nosmet instis ~~de~~
de causis, implere Commodè non Valeamus, De prudentiâ, Et Zelo
Rdi. admodum P. F. Emanuelis Pascual Nostri Monasterii
Monachi plurimum in Domino Confidentes tenore præsentium
ipsum Creamus, Et Constituimus plenarium Commissarium, Ut
Nostri nomine per Testes idoneos, Et Iuratos a Iudice Ordi
nario, vel alia quavis Persona competente prædictæ Civitatis
Burgiæ prout Expedierit Electos de Conditione Personæ, Morum
Honestate, Et Puritate natalium præfati Marthini Frias Iuridice
in Gradibus, et in Omnibus debitis, Ut speramus inquierat. Ut
autem hæc Commodius, Et Exactius impleantur, Et Ut stet in omni
bus præcipuè Substantialibus Summorum Pontificum Sixti V.
Gregorii XIIII Pauli V. Et Urbani VIII decretis, Nostræque Congre
gationis Usibus tandiu laudabiliter Continuatis, Sequentes Cigre-
figimus Interrogatorios articulos quos Ultrâ Citrâque dictus
Commissarius procedere non valebit.

1 Si Cognoce a Martín de Frias natural de Borja, y cuyo Hijo
sea

2 Si sabe de dicho Martín de Frias ser Hijo lexitimo delos sobre dichos